



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De insigni quorundam constantia, vocatorum à Deo ad Societate[m] Iesu.  
C. XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)



nus Ecclesia est sancta, & vocari debet sancta, & ob malitiam plurium eius filiorum, nemo, nisi impius, dissuadet haereticis, ne se ei aggregent, ita & quibus Ordo religiosus plures alens bonos quam malos, ob malitiam pauculorum non definit esse sanctus, & ab eo nullus hanc ob causam abhorrere & auerti debet. *Va enim mundo*

Rib lib. 1. cap. 12.

(vti quondam dixit D. Iesus S. Teresia) si non essent religiosi, etiam si aliqui Ordines laxati sint. Quocirca cum Dei ipsius iudicio, etiam illi Ordines, qui nunc videntur esse laxati, & primarium nitorem sanctitatis amisisse, profunt mundo, per longè plures in eo sanctè viuentes, etiam ij Ordines, qui videntur laxati, amplectendi sunt ab his qui ad eos vocantur à Deo. *Paucorum enim culpa*, inquit S. Hieronymus disputans de re simili contra Vigilantium haereticum, non praesudicat Religioni. Et, vt ait S. Augustinus alloquens quorundam Religiosorum vitam malam exprobrantes: Nolite propter amurcam, quâ oculi vestri offenduntur, torcularia detestari: vnde apotheca Dominica fructu olei luminosioris implentur, scilicet, sanctis Religiosis Dei Ecclesiae verbo & exemplo seruientibus, & obfuscantibus vitam irreligiosam pauculorum falorum fratrum, quia, vt dixit Abbas Piammon apud Callianum, dum in huius saeculi arca concukamur atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas, inter electissima frumenta misceri.

epist. cit.

Coll. 18. cap. 16.

lib. de 6. alis. c. 3.

Tertio respondendum est cum S. Bonaventura, qui ait in hoc differre laudabiles religiones à iam dilapsis, non quod nullus peccans in laudabilibus reperitur, sed quod nullus impune peccare sinatur, & peccandi aditus pracludatur studiosis, vt boni corrigantur, incorrigibiles eliminentur: quod facit nostra Societas.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De insigni quorundam constantiâ vocatorum à Deo ad Societatem Iesu.

284.

Reenfebo hoc loco insignia nostrorum iuuenum exempla, à me expressis Societatis nostrae Annis litteris excerpta, qui suâ in vocatione constantiam heroicè demonstrarunt, victis vel parentum, vel aliorum hominum, vel demonum oppugnationibus. Quâ enim constantiâ illi resistere contrariis insultibus, ij qui à Deo ad alios sacros Religiosorum Ordines, regulari disciplina florentes, vocantur. Quod enim validius resistit aduersis naturæ vel diaboli machinis, ab ingressu in Religionem eos auocantibus, eò maiore merito, se Deo in statu Religioso consecrarent, Deumque hæc fortipugnâ, & generosâ victoriâ demerebantur, vt Religionem amplexi, peccatiarum Dei auxilia, ad

magnam perfectionis acquisitionem suppeditata percipiant, & quandoque etiam in hac vitâ, honorificis præmiis honorentur à Deo, qui etiam calicem aqua frigida pro eius amore portatum, non patitur certo remunerationis premio carere.

Circa annum Domini 1591. Cùm Carolus Pharno ad Societatem dimittus vocatus esset adhuc puer, & abstractus à parentibus, & domi clausus, quando aliter non dabatur exitus, primâ nocte cum arrepto linteo, ad nudum Christum, seminudus profugeret. Quadringenta annos meruit in Societate, Philosophiam & Theologiam docuit, conciones habuit cum fructu. Mortem obiit Messane anno 1591. vita consentaneam.

Annus Anni 1591. pag. 86.

Anno Domini 1582. quidam Adolefcens Neapolitanus nobilissimus, cum in suis parentibus in Societatem esset receptus, Nolamque (ad Nouitiatum) missus postea graues ob causas suis redditus, acerbissimè est oppugnatus. Quam pugnam adolefcens, cum animo prospiceret, in itinere, dum Nolâ Neapolim rediret, ad eam sese comparauit, assidue meditans, quid furenti patri, quid matri blandienti responderet, conuitem de nostris rogans identidem, vt patris personam tanquam susciperet, vt vicissim instando, ac respondendo, sese ad resistendum magis acueret. Hac animi preparatione cum in Vrbe (Neapolitana) conspectum venisset, certior factus est portam vrsitatam Vrbe obsideri à suis, vt ipsum venientem exciperent: quare portâ aliâ Vrben ingressus, occultis itineribus Domum professam ad P. Prouincialem recitâ se contulit. P. Prouincialis adolefcens parentes statim ad se vocauit, eisque filium tradidit orantem atque obstantem, ne se certissimo periculo obicerent. his autem legibus tradidit: vt quindecim dies adolefcentem apud se haberent, eiusque consilium explorarent, cum eo tamen ne eum malè eam ob causam acciperent, neque aliquid amandarent. Vbi adolefcens in parentum fuit potestate, grauissima cepit oppugnatio, quæ perpetua vt esset, non solum dies, verum etiam noctes, coegerunt parentes filium in eodem conclauo dormire, altercationesque ad mediam vsque noctem plerumque producebantur. Itaque adolefcens aliquando, cum parentum custodiam sefellisset, ad Archiepiscopum profugit eique in conspectu plurimorum nobilium ad gema aduoluitur. Archiepiscopus rei nouitate commotus, surgit è sella, atque adolefcentem dicere incipientem intersatus, in proximum cubiculum seducit, quarique ex solo, quid acciderit, exponit ille, quid à parente Religionis causâ patitur: orat, cum nostris agat, vt in Societatem recipiatur. Archiepiscopus adolefcens animi confirmavit; pollicitusque est eam sibi rem curæ futuram: sed grauiore cura facillè Archiepiscopi animum ab eâ, quæ leuior videbatur, auerterunt.

Annus 1582. pag. 37. Coll. No. 11.

Interea domi crescebant adolefcens molestia, cumq; domestici satis esse non viderentur, foris submittebantur, qui eam de sententiâ deducerent. Verum ita accidit, vt omnes qui eum de Religionis proposito depellere sunt aggressi, aut sententiam ipsi mutarent, aut victi confusiq; abirent. Cùm audiente patre, quidam hortarentur adolefcentem, parentibus vt pareret, negauit se parentum numero habere eos, qui se ad Christi famula-

Coll. Trecent. pag. 17. 177.



mulatum properantem morarentur. Tum pater vociferans, Deceperunt te, inquit, Iesuite: quippe aliquot aureorum millia spe deuorauerunt. Falsum, inquit ille: aduocatur, si placet, Notarius aliquis; ego protinus cui iusseris, diuitiarum omnium spe, possessioneque cedam. Adamarunt pater ait, ingenium tuum. Scilicet id primum cum Patribus Societatis pactus sum, ut patinas eluam perpetuo. Nimirum bestia es, inquit pater: idcirco huiusmodi te seruitio destinantur. At modo me, filius ait; propter ingenium adamatam dixisti: pugnantia te loqui non vides? sane, pater inquit; tamen in isto proposito non perstabis. Vndecimum iam mensum hanc ego mentem suscepi, filius ait; Et confido, qui mihi ad perseverandam vires adhuc suppeditauit Deus, eundem in posterum mihi non defuturum: ut que intelligas, quam nihil mei me huiusce consilij penitentiam iam nunc Deo coram B. V. Maria, curiaque celesti vniuersa, perpetuam voueo castitatem, meque Societatem ingressurum, ut in ea vitam, ac mortem. His auditis, pater confusus, ac macrens discersit. Alio tempore imitantem patri, sua se illum manu obruncaturum; respondit, ut illud faceret, illud certe non effecturum, quin membris alius alio dissipatis, ac Societatem Iesu cor aduolaret. Cum aliquando pater commemoratione ludorum & spectaculorum, que in noui Proregis aduentum apparabantur, filij animum titillaret: Que spectacula, inquit ille, qui ludi quotidie Nole spectantur? cum alius lucernam, copas alius manu fert, alius mensam ministrat, alius patinas eluit! Durauit contentio hac ad vndecimum vsque diem. Quo die, cum mater de Societate nescio quid secus diceret, filiusque liberius matris dicta reselleret; iratus pater ita pugnis calcibusque eum cecidit, ut, nisi tumultu exciti fratres patruales duo accurrissent, interfecturus eum fuisse omnino videretur: adolescens autem postea affirmavit, nunquam se maiorem animo cepisse voluptatem. Itaque cum ipsum pater post verbera in cubiculum sine lumine lectoque inclusisset, (non enim erat) illic gemibus positus ingenti cum letitia Deo gratias egit, quod pro suo nomine illa pateretur. Vbi illuxit, pater pallium, calceosque filio eripit, manicasque, ut eum constringat, poscit: sed accidit peropportune, ut eo ipso tempore magne auctoritatis vir domum ingrederetur, cui dum pater dat operam, filius fratris patruelis calceis, pallioque sumptis, cursu ad Collegium contendit. P. Prouincialis cum, que contra pastorum fidem adolescens passus est, cognouisset: eum in Collegium recepit, dieque altero Nolam ad Nouitiatum misit.

Colleg. Treuir. pag. 172. 173. 174.  
Eodem anno 1582. Adolescens quidam dum Moguntia apud nostros operam Philosophia daret, mentem Societatis ineunda diuinitus suscepit. quod consilium licet is propter parentis metum modis omnibus dissimularet & occultaret, tamen hospitem non seculis, a quo certior de re factus pater, Moguntiam aduolat. filiusque ad se uocato, que audiat proponit, quarit, verane sint. Adolens patris oratione adductus, aperte atque ingenue, id quod erat, confitetur: se cum egrotaret, vouisse nostrae fore Societatis, voti damnatum, Dei benignitate exsoluere id velle. Pater accensus ira filium v'stibus omnibus exciuit, li-

bros, sacras imagines, rosaria adimit: custodes, ne quod effugiat ponit, altero die, re cum cognato viro primario communicata, in Patriam retrahit, ibi eum artificiosius in cubiculum perductum in catenas conicit; omniumque colloquio interdicit: sacrarum duntaxat litterarum volumen ex Lutheri interpretatione reliquit. Sub vesperam redit pater bene potus, quarit de filio, ans adhuc in sententiam persistat, volumaque perlegerit: filius millies se respondit moriturum, priusquam vel de sententia depellatur, vel hereticum librum sumat in manus. Tunc ille in multo inpotentior rabiem incitatus, pugnis, vnguibisque filium ita lacerauit, ut ore contuso, liuidoque diu cibum is capere non posset, atque ad eum furorem prolapsus est, ut pugionem quareret, quo filium confoderet: sed commode eum filius alter natu minor id metuens, patri ad verbera intento clam subduxerat: egregue tandem matris interuentu eius furor est repressus. Postero die filium rursus aggreditur, sic paratus, ut ni de sententia is se deduci pateretur, pollices, indicesque praecideret: quod scilicet neque sacris initiari posset, neque in Societatem recipi. Itaque cum filio schedulam obtulisset, caueri, inquit, mihi a te voto tuo chyrographo, Societatis Iesu te non futurum. Cum autem filius id iam sibi non integrum esse diceret, propterea quod voti religione impediretur. Mea isthac, inquit ille, erit religio: tu tantum mihi morem gere. Filium, cum patris irgeretur minis, neque alia ratione posset elabi, prudenter scripsit, se ad Societatem non accessurum, modo ipsum pater voti religione liberare posset: quod intelligeret vel ea promissione facta, nihilominus se ut antea voti Religione teneri; neque patrem ea in re auctoritatem vllam habere. Hoc filij promisso contentus pater, querendum sibi amplius non putauit: catenas tamen non detraxit. Interea littera ab Academia Moguntina veniunt ad patrem, que iubebant eum, graui multa proposita, filium Moguntiam mittere, ut Magister crearetur (sub ipsum enim examini diem pater reuocauerat) quare cum ea syngrapha satis ille cautum existimaret; filium liuenti adhuc facie, Moguntiam remittit: ipse paulo post subsequitur. Adolescens, ut omnem a se auerteret suspicionem aequalium ludis, & colloquiis indulgere, conuiuuiis interesse, aliaque his similia de industria solio liberius agere. Itaque cum pater domesticis negotiis reuocaretur, nihil iam de filio suspicans, Moguntia eum cum fratre reliquit. Paucis post patris projectionem diebus, adolescens Magister creatur: rebus omnibus ad reditum comparatis, fratrem pramittit; ipseque quod publici testimonij litteras nondum accepisset, eam causam more praxens, in vrbe subsistit: inde clam omnibus, Treuir os ad Nouitiatum proficiscitur.

Ann. 1583. In Romano Collegio adolescens erat clario loco natus, & cum philosophia perpolitus in primis, tum preclaris quibusdam natura donis ornatus. Is cum Societatis cupiditate flagraret, diu multumque iactatus est a domesticis, ut quod diuturnior esset cum patribus pugna, eo virtus redderetur illustrior. Sed quoniam sponsione voti sese obligauerat Deo, Patres, & ne quid discrimini in medijs fluctibus tenera aetas adiret, & ut omnem a se suspensionem inducti iuuenis remouerent,



reddidit ei votorum formulam, quam in scriptis acceperant, pro iure potestateque sibi concessa, ab omni eum sponsione liberarunt. Ille vero non modo liberari se non est passus, sed paucis post diebus, tanto arctius voto se Religionis obstrinxit, schedulamque retulit eam, qua votorum formulam cum renouata sponsione contineret. Diem sibi parentes sumptuerant satis laxam, ad explorandam, ut illi aiebant, adolescentis constantiam, ut alij interpretabantur, ad infirmam eam ac labefactam. Sed tantum abest, ut is aliquid de suo ardore studioque remiserit, ut deinde iterum diuturna pugna parentibus, ad Nouitiorum domum duplicata gloria reuerterit.

Coll. Neapol. p. 36.

Eodem anno 1583. Neapoli erat adolescens illustri loco natus, preclaris nature donis instructus, cuius cum de Societate consilium rescisset pater, furore percitus, & pugnis eum verberibusque contudens. Moriere flagris, inquit, priusquam abeas. At ille: Non mihi erit India aut Anglia martyrij causa peragranda, si paternis manibus interficiar. Cum animaduertet parens, nihil se asperitate proficere, ad lacrymas blanditiisque deflexit. De hac quidem firmum animum abducere ab instituto possunt. Rediit ad acerbitatem, rediit ad minas, domesticam eum custodiam pater includit, ut tanquam noxium aliquem, vinculum, proprium in oppidum quod tridui abest, amandet. Sentit hoc perspicax adolescens, & fugam attentè meditans, non sine vitæ discrimine, edito de loco festim desilit, inde ad Collegium nullo pallio, nullo in publicum prodeuntis ornatu, insequentibus à tergo famulis, transuolat. Ita primis preliis victoriâ domesticâ terminatâ, alia grauiora cepit inire certamina, ut quod est omnium difficillimum victoriâ genus, gloriosum etiam agat de se ipse triumphum.

Ibidem eodem anno 1585. non minus strenuè fortiterque se gessit alius adolescens, qui postquam patri se in Societatem nostram receptum esse significauit, nolletque patris bonis, que sibi hereditario iure veniebant, inconsultis Patribus cedere, verberibus male acceptis, ad Collegium brachio semifracto confugit, tum accersito tabellione Prouincialis permisso atque etiam iussu, nuntium paternis bonis patrique ipsi remisit: tanto melior heres futurus, si in sententiâ permanserit, quanto sane filij Dei filiis hominum meliores.

P. Franc. pag. 148.

Eodem anno 1583. in Probationis Domo, qua tunc Collegio Viridunensi erat coniuncta, vnus cum ad Societatem contenderet, domum à parente retractus duosque menses tanquam in custodiam inclusus, clam inscijs omnibus, nullo comite, nullo viatico, mendici ritu, victum quaritans, se dedit itineri, cuius incommodis octo dierum curriculo superatis, palliolique erepti à milite iacturâ factâ, tandem ad Nouitiatum, ut in optatum portum peruenit.

pag. 231. 232.

Anno 1584. Turnoni in Gallia, dum quidam adolescens de Societate sedulo cogitat, magnum suscipit cum parente certamen. Nam dum nihil paternis minis precibusque concedit, pater inuitum filium nuptiarum societate deuincit, solumque in cubiculo cum futura sponsâ concludit. Sed cum omnia victus iuuenis superaret, pater ut ad vltimum remedium, descendit

ad verbera, ille vero tantum abest, ut aliquid cesserit de sententiâ, ut tantò in eâ firmius solidiusque persisteret.

Anno 1585. Gulielmus Brusobus Anglus, in Romano Collegio post initam Societatem mortuus, clarior natalibus, domi suæ cum annum ageret decimum quartum, studiorum causa Diacum mittitur, vbi tum primum Societatem nouit, cuius fortasse opinio nonnulla, mentem etiam de complectendâ eâ suscepit, que cogitatio, quoniam nondum suas radices egerat, post eius in Angliam reditum obliuione potius, quam voluntate, sensim excidit. Agebat alterum & vigesimum ætatis annum in Angliâ, cum eius virginitati, quam perpetuè coluisse dicitur, insidiari visus est demon. Arcta ei erat cum claro ac catholico viro coniunctio, & suadere cepit, ut solet, amor necessitudinem arctiorem, nouamque per nuptias propinquitatem. Spondet ille Gulielmo sororem suam, si eam in matrimonium velit ducere, & ut velit hortatur & urget. Contra amicitiam fieri videbatur, sponsam talem repudiare, nec abhorre se à nuptiis significauerat adolescens, cuius ne voluntas quidem aliena tum fuit. Amabatur à virgine, & ipse virginem adamabat, & familiaritate iam contractâ multa vnâ consumebantur horæ, ex quâ tantum familiaritate nihil, Deo protegente, in animum adolescentis irrepserat, quod eius officeret castitati. Sed ne quis in terris hunc sibi florem antè prariperet, imbecilla Deus miseris adolescens, veteres illi cogitationes ad memoriam rediguit, & pristina illa Societatis studia, que consopita videbantur, accendit. Itaque tanta fuit ardoris vis, ut abiectio nuptiarum consilio, spreisque non modo, quas possidebat, opibus ac fortunâ, sed etiam spe certâ paternæ hereditatis, adornari repente fugam. Id puella mater, fratresque odorati, molestissimè ferentes, se de se deici, Gulielmum aggrediuntur, & subiti reprehensione consilij, violataque fidei, deducere de mente conantur: circumfident mulieres, lacrymis ac precibus, fratres minis atque terroribus, ut per se quisque constantiam labefactent adolescentis. Vbi hac non procedunt, religionem obicium data fidei, nec iam licere contendunt, semel initum matrimonium & verbis & crebris argumentis amoris (clandestinum enim matrimonium firmum & ratum apud Anglos est) saluo officio ac Religione dissoluerent. Adducebatur in medium puella, que hac ita se habere constantissimè confirmabat. Pugnabat ex alterâ parte Gulielmus, nec fidem datam restabat esse, nec verbum vllum factum, vnde id argui posset. Post multa vltro citroque agitata, quoniam deserit se à causâ virginis fratres parentesque senserant, puellam abditam in cubiculum monent, aperto repente ostio proslit, & quem iure ac verborum contentione non posset, blanditijs precibusque delinuat. Prodit igitur ex constituto puella, non minus ab arte compta, quam à natura, & cum orationis suauitate, tum querelarum dulcedine animum perrenat adolescentis. Orat omnibus precibus, ne se respuat, negat quicquam esse vel in suis natalibus, vel in nature fortuneque muneribus, quod despiciat; porrò fraternæ det hoc amicitia, det suo quoque amoris, ut tam expetitam, etiam penè

initam



inritam; matrimonij societatem sanciat; habeatque rationem cum persona, tum dignitate sua; cui semper nam de decoris nolam; si ab eo repudietur inurat. Ita supplicatio querelis; & verba lacrymis miscbantur ut quod ab inuito non posset; supplicationis humilitas extorqueret. Sed ille surdis ad haec auribus; de castitatis magis bono, quam de parva amicitia sollicitus; tacuit; nullique dicta salute ex eis adibus auolat. Mox in Galliam se traiecit; nec ita multo post, cum Romam, quod Deus duceret; peruenisset; nondum exacto tirocinij biennio; ipso virtutis studio ac contentione currendi; longe etatis cursum aquauit. & e carceribus vix emissus; subito euolauit ad metam. Is cum esset in Angliâ; & in hortis quibusdam inambulans; de nouo vix genere femotus à ceteris cogitaret; visus dicitur sibi videre speciem quandam Saluatoris; qua oculos in se defigeret; taciteque videretur hortari; ut se ab humanis caducisque rebus auelleret: ipse vero conuersa in eam speciem facie; admirabilem haussit animo voluptatem; & quandam vidisse lucem; qua valde excitaretur ad humana linguenda. Hoc ipsemet amicissimo Patri; & cui maxime se credebatur aperuit; cuius etiam postea mores fuerunt eiusmodi ut fidem vix faceret vel tacendo.

77. Eodem anno Colonia nobili adolescens media susceptus & educatus in heresi; cum audito concionatore nostro; Societatem subito adamasset; traditus à parentibus in custodiam; ne cogitata perficeret; sed cum diuinum numen crebris precibus imploraret; extorsit à matre denique; ut operam sibi liceret; Dei salutandi causâ proximam secedere in adem. Inde Coloniâ versus iter arripit; omnis expertis viaticis; omni subspicio destitutus. In hac moria & egestate non puduit Christi causâ; mendicorum more querere passim cibum; cœnæque ad cauponem diuerteret; nec soluendo esset pallium obtulit pro argento; sed adolescentis probitate perspectâ; pecuniam caupo remisit. Itemque Rheinum cum traiceret; & nauim nauarchus exigeret oblati iterum pallio; iterumque sibi relicto tandem peruenit ad nos; suo doctus exœplo quam eis nil desit Christus; qui se nudi & expediti sequuntur.

110. Eodem anno cum Burdegalensis Senatoris filius Societatem vellet ingredi; eius mater omnem monitum lapidem; ut eum de sententiâ depelleret. Adhibuit propinquos & amicos; interposuit auctoritatem magistratum & Senatorum; minas adiunxit; terruit verberibus; nec tamen labefactare constantiam filij; aut commouere maternam vix potuit. Annus propè abierat in his pugnis cum profectâ rus matre; quatuor ille remigibus comparatus; qui strenuè aduerso flumine remigarent; fugæ se dedit. Sed quoniam leuiore è pugna victor excesserat; quod palma esset illustrior alia grauior est subsecuta. Pulsare adolescentis animum sachan cepit; & patriæ desiderio sollicitare. Renouare memoriam domesticæ voluptatis; & cum sensu quodam pietatis materni paternique complexus. Nihil erat negotij puerum imbecillum à potentissimo hoste superari; nisi Deus; qui imbecillum & sibi ipsi relicti dextram porrigit; manus tam dantem mirabiliter confirmasset. Nam

dum reditum cogitat; & nauigium eius rei causâ sollicitè quatit; offert se illud senex non procul Tolosâ; ex eoque quid quereretur sciscitatus; cum respondisset adolescens; nauem se querere; ut Burdegalam reuertatur; senex; ne pedem referret hortatus; Prosequere; inquit; insitutum iter; ô fili; secundum haec monita nufquam amplius apparuit; ut facile intelligeret adolescens; quis tandem ille esset; & vnde missus; qui tanta salutaria monita sibi attulisset. Domestici fugâ filij animaduersâ; exsaturandi odij causâ; quod in nos conceperant; viris nobilibus dant negotium; ut Procuratorem nostrum; sicubi offenderint; interficiant. Nec paucas conuenerat inter matronas; & quidem nobiles; ut eum certo in loco correptum male mulcarent. Cuius sceleris princeps; ne abiret impune; (quanquam conuiratione detectâ nihil est actum) aquisimo Dei iudicio; lapsa per gradus interit.

Eodem anno 1585. Turnoni quidam adolescens; dum se ad studia legum à parentibus ablegandum animo propicit; importunitate precum; aditum Societatis extorquet. Custodiebat adolescentis vitam domesticus pedagogus; quem ut abiens falleret; hominem adornat & instruit; qui tantisper pedagogum ipsum; dum preparatâ cymbâ Turnone solueret; remoretur. Verum cum mox eum magister requireret; & quod pergeret; accepisset; diuina nocturna que nauigatione profugum auenturitis; & militari comparatâ manu consequitur fugientem; Turnonem quoque reducit. Ibi nunquam à suo latere adolescentem abesse patitur; sed ille fugæ semper intentus; in muselum familiaris condiscipuli se abdit. Interim magistratus iussu conquiritur; non apud nos modo; sed in aliis quoque adibus; ubi suspicio aliqua resideret; propositoque pena edicatur; ut consij adolescentem prodant; ut ne qua posset euadere; disponuntur vbique custodia. Verum ille constanti animo vestem mutat; & vinitoris indutus ornatu; è ciuitatis oculis se subducit. Interim citatis ad nos gressibus properantem; alius rursus à pedagogo missus insequitur; cui didascalus fidissimo voluit amico querendi insequenti que discipuli; & ad suos denique reducendi negotium dederat. Sed is; que fuit diuina prouidentia; consecutus adolescentem; Ausoniam ad tirocinium vsque deduxit.

111. Anno 1586. Romæ adolescens septemdecim annos natus; è vicino oppido; Roma commorans; dabat operam litteris; iam certus nostra Societatis; cum hoc molitur; nescio quid afflans rumoris perstrinxit suspicacem animum patris; conuictus ad Urbem seducit filium. Conatur blandimentu primùm; minis deinde eius animum infringere. Adolescens; ne parentis sibi notam iracundiam magis accenderet; meliore consilio abstruso mitiora obtendit; nec propterea segnior patris cura; domum; vnde liberior exitus diligenter obserari iubet; ignarus quid actum esset filius; sub noctem capratâ occasione surtim verso cardine; domo erupit. Improbis tanuæ strepitus patrem aduertit; festinantem assequi; ubi iam tempus abierat; commodum enim alacer adolescens; atate timare tenebris adiuuantibus. Deo pandente viam fugæ; ad condiscipulos diuerterat; apud quos delinuit dies octo. Interea hoc nuncio



mater exiit Romam aduenerat, ac forte templum ingressa natum offendit. Hinc lacrymarum imber artusque amplexus cum omnia ageret, & obfirmato filio, ageret nihil, & maiore quam decebat ira & dolore simulata, tristificas voces profundit, cum luctus incenderet. Evincebatur filius ad miserationem, sed, ut erat sublimium appetens, aduersus humilia durans mentem, concitus aufugit, pallio in mulierum manu relicto, Vix hoc fecerat, cum materni recollectione amoris cepit mollescere. Ingrate (audiebat intus) agram parentem relinquit? Quae te peperit, perdes? Hec atque talia, demonis arte penetrantia iam languescens animus minime prohibebat: cum conuerteret cum gressu oculos ferè immutatus, crenatam Christi tucur imaginem, tum verò ad sese rediens, igitur, permittes, ut arejens illa, lacrymula aeternum hunc sanguinem obruat, & mulier ex arce pectoris expellat Deum? Ignare, scelus est, in hac re esse pium. Hac cogitatione firmatus, insuit fugam. Hoc magis vociferari parentes, appellare, interpellare viros principes, ereptum sibi filium fremere. Demque cum multam operam frustra consumpsissent, ipsius etiam Pontificum aures verberare: quibus causam cum audisset, omne ipsius arbitrium P. N. Generali permittit. Is prius, quàm est leuitate, satisfaciendum matri censer, patrumque dierum requiem ignoscendo dolori concedendam, dnm victa muliebris infirmitas, vel ratione, vel tempore, dolere dediscat: agrè id aded adolescentis, ut peruigili curà noctem extraxerit. Et quanquam longam post fluctuationem, paratum se in virumque Patri nostro Generali offendit, tamen apparebat è fronte, verum mallet. Itaque apud nos manere sicut parentibus licet, qui conueniri non poterant, frustra indignantibus.

pag. 113.  
A. 1586.  
1587.

Circa hoc tempus Germanus fuit adolescens Patani, qui cum in patria flagraret nostrae Religionis desiderio, obrinere non poterat aditum, nisi patrem virum clarissimum, à quo multa in nos confluxerunt officia, magnaque apud Rodolphum Imperatorem autoritatis, aurea exorasset. Eius porro pater, alia omnia, quin potius illum, ut aberraret à proposito, studiorum obtentu in Galliam primùm, deinde Patavium amandauit. Hic ergo cum esset, facta nempe caeli, non animi, mutatione, in B. Virginis sodalium aggregatus, eadem cupiditate astuabat. Verum, ut sit in eiusmodi deliberatione, cum ex vna parte statueret sibi palam inexorabilem, simulque expenderet quantum haberet aris ad Evangelicam turrim exadificandam: ex altera verò Religionis pulchritudo, diuinaque splendor gloria fulgeret ad oculos. Hoc tam ancipiti consilio suspensus, propensus tamè in melius, Diuino instinctu procumbit in genua, ut sese voto obliget Deo. Sed cum eius vox, ut exitus postea declarauit, demonum astu impediretur, obstupescit animo, B. Pauli, in quem singulari pietate ferebatur, patronum appellat. Neque irrita preces. Visus confestim eum cernere sibi supra caput surgenti gladio diras abigentem demonum pestes, posteaq, hortantem audire, magno ut animo votum suscipiat, id namque ipsi gratum Deo & acceptum fore. Quare confirmatus, sanctiq, Apostoli aspectu & sermone recreatus, se voti sponsione obstrinxit: quod etiam paucis post

diebus, cum ei nes opinanti totam rem pater per litteras permisisset impletus.

In Belgio erat Episcopi, cuiusdam sororis filius, ab eoque acutus, cum primùm de ipsius voluntate cognouit. Ac prima fuit cum viro quodam, quem ipse submisserat Episcopus prolusio. Vix fieri lesuita? Dissimulatum credidit aut negaturum. Etiam, inquit ille. Quoniam proficisceris? Tornacum, aut Antuerpium. At longè aliud tuo est auunculo de tuarationibus vita, consilium. Tum nos ter. Alia sunt Dei consilia, alia hominum. Et humanis sepè aliquid intercidit medium, quod efficiat. Quod Deus annuit, omnino non fieri non potest. Ita quod ego eo auctore velle incepti, eodem adiutore perficiam. Quod vberent factum, auunculus, ne Diuine repugnet voluntati, aut libenti patitur animo, aut cerd equo. Hic alter. Vide quid agas, diu delibera, quod semel statuere debes. Nihil est in huiusmodi rebus tam inutile, quàm celeritas. Sequitur sepè celer penitencia, sed sera post factum. Premer matris hunc tuum conceptum etiam atque etiam, ne si promas festinanter facias abortum. Nos ter denique: Ego verò diu hoc parurij, quod nunc pario: mihi que èd minis dubitationis datur, quod Deum frequer vocantem. Videant ij, quorum hac deliberatio est, ne, dum mihi obfistere voluit, Numini resistant. Biduo post ipse ter Episcopus cum eo agit, decretum videlicet, quid factu opus foret: & quod liquidius iudicaret de animo iuuenis, tormentum quasi adhibet, virum prouecta aetatis, qui nostram olim expertus militiam, defecerat intra bienniij circinuum. Atque inter cetera incubuerit, citius frangas, quàm fleat. Tum Episcopus Tenella arbores pondere premuntur imposto, & exuberantes tantum folijs, exuberant, quisquillus. Neque ista atas tam viridu, & aqua erit animo tam ardua cupient: tanto impar oneri, aut concides aut faties. Modeste hic quoque adolescens: Animam ponere in diuino obsequio optandum est. Ego me tradam consilijs Patrum, qui sapienter omnia. Deique instinctu moderantur. Ij rem totam gubernabunt, mihi tantum subentibus ut pro vili obtemperem, cura erit. Quod si ineptus ero ad studia literarum, verram ades, coquam cibos, vestre reconcinnabo: in summa, agam aliquid, dummodò aliquid agam inter famulos Dei. Sic in proposito perseverauit, & vixit.

Eodem anno Lugduni dederat nomen nostrae Societati, adolescens honesta familia. Accurrit ad nos ictus pater hoc tam graui nuntio, cum aliquot comitatu propinorum, filium reperens. Exorat, licet eum sibi aspicere & alloqui, sed, ne clam nostris Moderatoribus. Blandè appellat principid filium, spem atque aduinculum senectutis dictitans, obortis lacrymis: quibus aliquid morum ratur, preces immiseret. Tum paterno cum iure à nostris reposcit. Quibus affirmantibus neque inuitum retinere, neque nolentem dimittere: obsecrationes duplicat & lamenta: neque vllum relinquit, ut vel vi scilicet, vel blanditijs, firmum adolescentis animam, artificij locum. Breuiter filius & grauititer:

pag. 174.



uiter: Celesti magis Patri obtemperandum. At Deo seruire etiam potes sine Religione Iesuitarum. Alium tibi quencunque locum, quamlibet remotum. Vbi des operans lueris, opta non erit si iustia. At possisne perpeti, ait filius, si a te absum diuitiis? Quid si interius moriar? Et pater, inquit, te quocunque in loco esse, vel in sepulchro, dum ne audias, Iesuita: vbi vbi eris, etiam si esse desieris, equiore animo desiderium tui tolerabo. Hic conclusit sermonem cum pia quadam seueritate adolescens: Ego verò eum non agnosco patrem, qui vt moriatur magis optat filium, quam vt obsequatur Deo. Et multa salute dicta discessit. Obruit parentem illico, hominem senem, ira dolorque sic, vt maledictis & execrationibus profunderetur abeantem. Nec vixit animum diu. Post mensem eum cum sacrorum Antistes, vt per ocliduum seduceretur fugitiuus, vt dicebat: filius, apud sequestrem aliquem, vt nostris sine arbitris, exploratam eius animam haberet. Quod cum impetisset, omnesque irrisi detrauerunt impetus hostium domesticorum aduersus nostrum tronem, victorem eum pronuntians Antistes, horatque his verbis: Maeste viriute, ac pietatis gloria in caelestem Patrem esto adolescens: perge iam, ac boni Iesuita nomen, Deo iuuante, presta. Remisit ad nostros, perpetuumque indixit patri silentium. Nec longior tamen quies aut pax securior fuit. Paucis post diebus ad tenendam vltimam spem missa est mater: qua cum modibus primis dictu nihil proficeret, luctu deinde atque euolationi indulgens, ed plura profudit, quò, vt erat imbecilliore animo, miserabiliter magis dolenti meror subiebat. Victa deinde a filij perseverantia, ed erupit, vt lamentatione in iram, ira in rabiem versa, manus intendens (quiduis aliud quam matrem diceret) non conuictis modò & contumeliosis sed pugnis etiam atque vnguis impetitura eum videretur, nisi ille se mature ad mulieris aspectu furentis abstraxisset.

In 1766, pag. 114.

Anno circiter 1583, pradiutum parentum filius vnicus, Societati nomen dederat: quam illi rem iam dare acceperunt, vt vbi hoc audierunt, non aliter doluerunt, quam si funere elatus esset. Non desisterunt postea per interuentio, quos liberali pecuniâ excitant, sollicitare adolescentem, atque allicere ad defectionem. At ille supra aratem animum gerebat, confisus Deo. Eius interea parens post tres annos pollens potentia atque opibus, dolore accensus, exprimit Româ litteras, quibus potestus dabatur Olyssipone, arbitro, vt de facto iudicaret. Nihil hoc nuntio parentibus incundius. Olyssiponem aduolant iam spe concipientes victoriam: que vt effectus facilior, adhibito interprete Dynasta quodam Illustrissimo, iudicem sibi in causâ, vt ipsi dicebant, vsque adeo aquâ conciliare nituntur. Ad examen noster accitur: ac ne quod sociis esset cum eo colloquium, neque communicatio consilij, separatim quodam in cenobio per aliquot dies retinetur: accedit arbiter vultu pacato & tranquillo: adueniens hoc dedit principium: Te è Societatis vinculis liberum, si velis, abire permitto. Ego verò, tyro inquit, presatus modestia sua consentanea, istam tibi gratiam remitto; neque eâ vtar neque vincula dixerim ea, que à volente subeuntur. Tum Iudex: Parentes tui, tui tabescunt desiderio: ac sine te vix sibi esse inuicem putant; teque alioqui concupiscunt. Parentum

mibi ac rerum omnium loco vna est Societas Iesu, quam sponte expetitur: hanc mibi adimet nemo. Commutata hic voce ac facie arbiter, menteque commotus: Etiamne humanitatem omnem ac naturam excussisti, vt parentum amorem abicias? Crudelitas ista est. Nihil magis tributus adolescens. At B. eam Hieronymus pietatem esse affirmat. Excipit Iudex: Memento è decem præceptis Dei quartum esse ordinem illud, quo patrem & matrem venerari iubemur. Recordor etiam respondit alter: Dominicam esse vocem: Qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Ceterum ne sis nescius, affirmo hoc tibi, ita mihi cordi esse Societatem Iesu, vt eius nomen scriptum habeam in animo, quod ne ipsa quidem mors abolere possit. Quietus hic siluit Iudex. Tum verò alter quidam, qui amicationi interesset, quasi succenturiatus, vir habitu quidem æuoque venerabilis, cum Societatis Institutum orsus esset extenuare, & carpere dicendo, nihil egit. Prudens enim adolescens parus faciens inane strepitum verborum, frengit hominem patientiâ. Tandem Iudex porrigit iuuenem in manus epistolam à parentibus, ita beneuolè scriptâ, ac delectatam, vt ea si legeretur à filio, fuisset telum acerrimum: sed eam Deus adolescenti iniecit mentem, vt diceret: sibi fas non esse legere literas, nisi superiorum permisso, mox eam dedit P. Prouinciali. Ab hisce initiis ita seueris reliqua fuere mitiora. Iterum enim ac tertio cum eo Iudex congressus, vbi vidit animum inexpu gnabilem, admirans iuuenis in proposito constantiam, amantque eius in sermone modestiam, collaudato denique atque ad maiora incitato, humanissimâ oratione fecit redeundi potestatem. Pari constantiâ postea matris restitit blanditus, & amita, pollicenti decem milia aureorum, promissionem reiecit; persuasitque omnibus, vt per eos sibi sequi Deum liceret, neque obfisterent Spiritu sancto.

Anno 1588. In prouinciâ Aquitanie Burdigalæ filius Iurisconsulti, Societatis nostre cupidissimus, cum hoc vt sibi permitteretur, fatigasset precibus parentes; illu relicto, ad nostros profugit. Pater illic ad Collegium filium reposcit, frustra: redit à prandio cognatis, amicis, Preside suffultus: precipuoque certamine aduersus eum sumpto, nihil aliud agit, quam vt eum confirmet magis in proposito: sub noctem discedatur: postridie redintegratur pugna: libellus supplex Senatus offertur: nec mora: sstitur iuuenis in Curia, réque diligenter inspectâ, vt per dies quindecim sit apud sequestrem decernitur, constantia probanda. Immo verò apud patrem commodius, adolescens, inquit: octo dies præsintantur, vt interea & Nostris ad illum, & illi ad Nostris ne claudatur accessus. Per illos dies cogitata omnia, factaque, sine effectu: mater precibus & lacrymis, pater mimis & verberibus eundem scopulum tundebant: aduocantur consulti, prudentes Theologi, vt quem non poterant acie, agmine obruerent. Dat consilium mulier venefica, vt nouâ omni induatur veste, exutâ vetere, ne Iesuitarum veneficia adhaerescerent. Sed diuina virtus in animo insidabat, Pater nihilo segnior, ad Presidem, quo plurimum vtebatur (eo conuocati fuerunt propinqui amicique complures) iuuenem adducti, acerrimisque verbis increpat, ingratum appel-

pag. 144, 145.



lat atque impium, qui exuerit obsequium in parentes & (quoniam erat inexorabilis) sui prorsus ingenij, & qualibet serâ crudeliorem. Tyroni nostro surda ad hac omnia aures: mentem videlicet versus pater implebat. Elapso octiduo iurii iam suis, se domo proripit, neq; latuit matrem intemam, ac petentem voce, quem gradu non consequitur. Hic prudens adolescens, metuens rixâ domum reuertitur, statimque compingitur in cubiculum, prohibito egressu: bine porro, incusoditus cum esset, desiliens è fenestrâ, ad nos aduolat, sic tamen, ut suspicax mater penè præuenterit; sed ipsa quoque furore licet amens, Collegium irritis clamoribus, & pulsibus iamnam infectata cum esset, ad extremum, re conclamata, discessit. Paucis post diebus, minor germanus frater, cum ad eum accessisset, ficto sermone, narrauit alterum quendam, cuius eadem causa eodem tempore discipulabat, de priore mente deductum. Verum, seu non crediderit factum, seu spreuerit: Cesserit, inquit, iste, deficiat alius quicumque, vel ex ipsis proceribus, mihi, quo plus difficultatis ostenditur, pulchrior erit perseuerantia.

pag. 118.

Anno 1589, Colonia adolescens ad Magistrum gradum promotus, adscribi cupiebat in Ordinem nostrum: erat ei mater vidua, nec tenax prisce Religionis: cum hac, aliquot ante mensibus, crebris sermonibus egerat de vanitate & inconstantia rerum humanarum, præparans videlicet, quod medici faciunt, ad acrem ictum: at non intelligebat illa, siue dissimulabat: tandem iuuenis, cum satis pertentasset animum mulieris, consilium aperit, fulminata mater hac pronuntiatione reuerti improuisa, in lectulum decidit: tum in furorē versa, lacerare crines, non mittere vocem, non admittere colloquium cuiusquam: ab hac relictatione rursus eam adolescens vespere aggreditur: non erat tutum periculum in morâ: persistit illa hoc amplius in recusando, misceat precibus indignationem & minas: ubi surda ad omnia mulieri aures, clam domo atque vrbe egreditur miles Christi, & Dei impulsu, per eam portam, qua sola carebat exploratoribus, quibus alia omnes matris iussu obsidebantur. Elapsum statim illa animaduertit: rectâ ad Senatum: eius opem suppliciter implorat, accusat Iesuitas, qui filium mulieri & orbe, spem sese etatis & solatium, eripuissent. Euocantur duo è nostris, harum rerum conscij, ut putabatur: quibus dimissis, quod appareret esse extra culpam, viator publicus cum adolescentis auunculo mittitur, qui retrahat fugientem. Parua non imprudens iuuenis: & quamquam bidui iter processisset, ne qua periculi tempestas nobis inueneret, Coloniâ reuertitur: ducitur ad Consulem Urbis & principem Senatus: qui præfati ignoscendum muliebri dolori, eum causam dicere iubent: nec fuit probare difficile. Cum igitur perorasset, matrem (tam enim conuenerat cum affinis cognatisque) submisso vultu veniam petit: at illa accidens ad genua, & flens vberitum, filium, ne se deserat, precatur. Hic contra, eodem habitu corporis, opponens precibus, exigit tam sancti consilij assensum: sed cum lacrymâ ad huc, & questus irritis auerentur, exurgens, effatur: Obediendum magis Deo, quam homini: & verbum factô secutus, non conrepta matre, sed mortali, neque in longum proficim-

re, cœlesti patri vocanti postpositâ, remenso itinere, quod iam pridem spe deuorauerat, ad nos victor euolauit.

Cum anno 1591, duo adolescentes Galli Mediolani in Societatem essent recepti, & submissus à parentibus Diuione agnitus cum litteris, eos ad læculum reuocaturus, factâ cum eis colloquendi potestate, acriores stimulos addidisset, sanctisque monitis incitasset eos ad perseuerantiam, digressus ab eis furente demone, cum serè abesset ab vrbe viginti millibus passuum, exceptus à latronibus tribus, octodecimque vulneribus confossus, excussus nummulis ac sarcinulis omnibus, in viciniam sepem proiectus, proque mortuo relictus est. Cum ipse tacens inter vulnera animo clamans ad Deum, & comprecatoris adhibens Dei matrem & S. Bernardum surrexit, & non aliter ac si vulneratus non esset, ad pagum quendam (aberat is tribus millibus passuum) se contulit saucius crucentis, que admirationi omnibus & miserationi fuit. Igitur vulneribus ligamenta & medicamina quibus sistitur, serpens, cum parassent multi, postridie ad nostras ades Mediolanum reuertit, omni itinere suis pedibus confectio. Acciti vulnerarij plagas quinque letales pronuntiarunt: in quarum curatione necessariaque attricatione membrorum, quâ purgando vulnere, quâ inferendo scalpello, nullum se dolorem sentire asseuerabat ager, perinde quasi sauciatus non esset. Ita obstupescentibus medicis, breui conualuit: & factum ab omnibus tribuebatur Deo, qui & voluerit ostendere improbari sibi consilium parentum auerentem filios à Religione susceptâ, & ipsum conatum boni nunij probari, adhibendum ad retinendos in Societate, quos ad illam Deus vocauerat.

Anno 1591, Parisiis quidam certus reliquendus se-  
culi, incertus quam Religiosorum familiam, è tam multis sequeretur, variis reuoluentis animo curas, secundum quietem admodum est, quasdam adiret edes, quarum species ostendebatur: ibi expeditum consilium iri. Postero die cum per vrbe in ambulat negotij causâ, altâ cogitatione defixus, conuertit sorte oculos in ades offensas (erant vidua mulier magnâ existimatione pietatis) ut pulsauit ostium, admissus est: consultâ mulier, non ignara nostri Instituti, ita laudare illud inuisit, ut sibi iuuenis demiserit in pectus, nullum alium Ordinem malle.

Eodem anno Calari in Sardinia vidua matris vnici erat multorum cognationibus innexus: ut ad nos animum appulsi, ita agrè latum ab omnibus, ut assumculus, qui tunc Roma versabatur, rem ad Pontificum Vicarium deferret, seductum adolescentem blanditus, & alia id genus calumnians. Placuit Magistro Societatis filium ad matrem remitti, ut ipsa, cognatique de eius consilio vnâ cognoscerent. Hic arcti complexus, & quasi receptus postliminid est, gratulatio: deinde, ut immortem videre, versè in dolorem lacrymâ, & preces: quâ dum frustra fundantur, ac teritur tempus, pius adolescens, cœlestium cupitor, procidens in genua, omnibus coram improuiso ausu, sed opportuno, clarâ voce, votum vouet immortalis Deo, in eundem Societatis: quo verbo præcisâ spe omnibus, ut mutaret aliquando consilium, & castigato fletu parentis, ad inceptam Christi militiam animosus tyro reuertit.

Circa



Circa annum Domini 1594. quidam parentibus natus Lutheranus, nostrorum operâ, ad fides lumen & Sacramentorum usum adductus, parentum scitiam in se eo vsque irritauit, vt ipsum aliquandiu domi custodierint. Inde suscepto Societatis consilio, non antè admittendus visus est, quam veniâ à parentibus extorât. Arduum omnino negotium, & inexplicabile adolescenti videbatur: nihil tamen omisit, quò parentes in suam traheret sententiam. Contrâ pater eo furore exarsit, vt conuiciis verberibusque malè multatum adolescentem, negarit in posterum se filij loco habiturum. Sed vbi sensit sententiam nihil professe, leniora remedia respiciens, blandâ oratione filium instruit hortari, ne se, patre relicto, cum pestilentissimis hominibus (sic enim nos appellabat) perditum iret, quis, antequam pauci decurrant anni, in istar nebula euanescente, vt ne vestigium quidem aut vmbra superet. Cedendum in presens existimauit adolescens patris asperitatis: ita dilatis votis, studio retento, Carolicorum consuetudine toto anno prohibetur. Cùm interim subinde, clam parentibus, ad nos, atque ad sacrosanctam Synaxim, tanquam ad firmam suâ vocationis anchoram rediret. Sed crescente in dies studio, vt longioris moræ tolleret pericula, statuit clam domo paternâ auferre: non tamen tam cautè sua consilia administravit, vt patris falleret sagacitatem. Quare acerbius, quàm antè in iuuenem coortus, pugnis colaphisque ita ei faciem fedaui, vt sanguis efflueret, ac per scalas raptatum afflictoq; humo, pedibus immaniter calcârât, post in terram locum intrusum, asperiora inuisit expectare. At iuuenis inde euadens, saluè ex edito loco se demittens, cruentâ adhuc facie sine capitis tegumento, sine amiculo, discinctâ veste, qualem furor patris dimiserat, per mediam urbem ad domum nostram accurrat: receptus à nostris, placatis per P. Rectorem parentibus, reddidit, clementer habitus, congressu tamen nostrorum arceatur. Mititur haud ita multo post ad mercatorem Hufstam, in ciuitatem eadem labe infectam, vt in tantâ sententiâ impietatis, Religionis studium tabesceret. Inde tandem Pragam profugit, superansq; multis parentum contentioneibus, Praga Brunam (30. circiter milliibus Germanicis distantem) ad Nouitatum missus est.

Dilingæ circa annum 1594. quidam Philosophi studij cursu peracto, ad nostrum se regem adiungere peroptabat: iubetur consilium parentis aperire, ab eoque commeatum impetrare. Venerat per eos dies Dilingam pater, filium domum secum redûcturus. Timebat ille tamen patri violentiam, & preferuidum ingenium. Statuit igitur patrem literis sua voluntati facere certiore. & se periculo subducere. Scriptis igitur literis, qua patri redderentur, ad nos profugit. Pater lectis literis, accurrat, violenter obnitentem filium è vicinâ domo, in quam se receperat, extrahere conatur, sed nihil proficit. Reuocatur adolescens in Collegium, rursus irâ plenus pater venit ad Collegium, poscit sibi reddi filium: producitur adolescens: patens paternâ iura commemorare, illorum merita exponere, quorum liberalitate in studiis se sustentauerat: matris dolorem indicare, quam vltimo illo discessu in salutatem prateriret. Quibus omnibus adoles-

cent egregiè satisfecit, vt victus rationibus pater obmutuerit. Pater tamen Rectorem obsecrauit, vt pro imperio filium è Collegio abire, & se sequi iuberet, per humaniter negat Rector, id se iure posse, non retenturum, si velit abire: non tamen eieciurum, si manere. Victus hoc certamine, adit Episcopum, opem flagitat. At prudentissimus Praesul, re cognitâ, hominem blandè consolatus dimittit. Rediit ille in Patriam, impetrat à sua ciuitatis senatu ad Episcopum epistolam, quâ grauitè accusamur, quòd reuendis aliorum filijs, parentum, amicorumque impensâ educatis, non tam illorum spes omnes euerimus, quàm loculos & crumenas (his enim verbis videbatur) nullo iure nulloque pudore inuadimus. Has literas Reuerendissimus Antistes ad Collegium misit, ad quas sic rescriptum est, vt, & ciuitati satisficeret, & paternâ iracundia deferberet.

Arona nobilis adolescentulus ac penè puer, relicto An. 1592. patre, cuius vnicus filius erat, ad nos se contulit, sed ita, pag. 73. vt prius de totâ re parentem faceret certiore, nec tamen responsum expectaret, vt, si qua pugna instaret, pugnaret ex tuto. Nec sua illum fessellat opinio. Confestim parens Aronam aduolat, cumq; impetrasset, vt cum solo ageret: multis ei rationibus persuadere conatur, vt domum tantisper redeat, dum egram tam tristi nuntio parentem confoletur. & satis appareat, hanc illi mentem diuinitus iniectam. Cùm nihil verbis proficeret, paternam auctoritatem interponit. Hærebat puer, neque quomodo paternum imperium eluderet, videbat. Denique diuina lux oborta, qua & ipsum molestiâ, & parentem maiore penâ liberauit. Quo tandem, inquit, restitit domum redeam, vtrum hoc, quem hic modò indui, an illo, quem exiit hunc vt exuam, neque mea voluntas fert, nec nostra dignitatis ratio patitur. Hoc verò indutus, qui possum inter domesticos & notos honestè versari, qui nondum quemadmodum hisce vestibus vtar, didicerim? Nec multa. Senem puer hac ratione conuictum vltro perpulit, vt se ipse aliquando respiceret, salutaribusq; monitis ita instruit ad studium pietatis, æternæq; vite, vt eum ad opes, quas vnico filio parauerat, in pauperes erogandas incensum dimitteret.

Alterius in maiore certamine magis etiam constantia emittit. Is nobis se magno animi ardore adiunxerat. Cuius pater simul ac quid factum esset vnico filio, quem fortunarum heredem, & stirpem familie destinauerat, cognouit, scilicet improviso malo exanimatus Aronam accurrat. Factâ à loquendi cum filio potestate, omnes machinas admoit, vt eum domum reduceret. Sed frustra. Constantis & Deo fretus adolescens, omnes eius artes elusit. Ergo illo dolore ardens, cùm re infectâ domum reuertisset, planè furere, insanire, furorem suum in coniugem, in domesticos, in notos, à quibus se de filij consilio celatam dicebat, expromere: Ciuitatem turbis miscere, Episcopum & ciues in nos incitare. Nec furorî modum, nisi filio recepto, adhibiturus videbatur. Proinde & insidiosis cognatorum literis, & doctis cœnobitarum nobilium sermonibus (qui sui Instituti penè bliti, vt postâ manu ad aratrum, respiceret retro, et persuadere nitentur) adolescentis sapius est tentata constantia. Ad qua omnia eius animus inuictus persistit; quin etiam ex crebro grauiq; certamine, vt



fit, non modò illustrior euasit, sed etiam firmior. Ibid. p. 75. Taurinensis puer cum sibi aditum in Societatem vndique clausum videret, quod & vnicus esset, & patris iam consecrati etate filius, facinus edidit memorabile. Religiosissima Taurini templa adire. Deit, Dei parentem, Diuosque omnes enixe orare instituit, ut alterum parentibus suis filium darent, quò sibi liber & expeditus in Societatem pateret ingressus. Nec sua illum pietas ac spes fefellit. Haud ita multò post pater sexagenarius ex coniuge filium genuit. Vbi puer se voti compotem factum animaduertit, mirè latu in stare parentibus, ut quando eis Deus nouum heredem dedisset, priorem filium Deo consecrarent. At illi nihilominus pio filij consilio obstant: & alias Mediolanum, alias Papiam per studiorum causam ablegabant, ut ibi per certos homines ille ab eà mente deduceretur. Sed tandem omnes parentum conatus ad nihilum reciderunt. Puer vbiunque esset, per litteras summopere nostros urgebat, ut quoniam à Deo impetrasset, ut vnicus non esset, impetraret ab eis, ut impedimento, quod vnum erat, sublato, in Societatem adscriberetur. & per idem tempus pater est mortuus. Itaque puer, matrem omni artificio aggreditur, ut se Christi vocantis signa sequi patiat. Contra illa lacrymis, maternisque blanditiis, filij animum attenuare, nuptiis pellicere, honorum illecebris irretire, idemque vt facerent, cognatos & propinquos magnoperè rogare instituit: puer omnium certaminum victor, ad extremum cum satis pietati fecisse videretur, ad salutis periculum relicta matre profugit.

An. 1591. In Gallia adolescens bone spei cum Societatem nostram appetisset, iubetur eius rei potestatem à patre viro pio & Societatis amicissimo impetrare. Itaque ad eum accedit, & illatà nescio cuius rei mentione, sacrarum monumenta literarum euoluit, capitque de offerendu Deo primogenij filius, patri legendum offert. Protinus se ad eius pedes cum proiecisset, silens orare cepit, ne se ad Dei obsequium propter animum moretur. Hic pater paterno animo victo, lacrymans lacrymantem filium amplectitur, eumque subleuans consecrat Deo. Ac ne mater rem impedire conaretur, per causam studiorum eum Tolosam ablegauit: ille ad nos domesticà victorià latus aduolauit, Societatis nostræ fructum percipere festinans.

pag. 101. Anno 1594. Parisiis quidam quadriennium in Iuris prudentià addiscendâ posuerat, etiam se ad causas agendas in amplissimo Concilio, quod Parlamentum vocant comparabat, cum mutatâ uelificatione, Societati nomen dare voluit. Sed cum consilium suum parenti, homini rigido, aperuisset, viam ipse sibi obsepfit, multò difficilius expeditendam; tam arctà custodia à patre circumscriptus est, ut ad illam vrbis partem in quâ nostrum est Collegium, aspirare non auderet. Quibus vt se molestus expediret, condita die Parisiis, eadem qua in iudiciis vtebatur togâ, ne quam apparatus vno itinere suspicionem faceret, egressus Viridunum versus se dat in viam. Et quoniam pecunia, eidem vitanda suspitioni, nihil ad viaticum sibi sumpserat, togâ venditâ, & reliquo ornatu in viliores commutato, illâ ipsâ quam redegerat pecuniâ, sex dierum itinere con-

fecto, Viridunum ad tirocinium pedes peruenit. Re cognitâ, pater Iuriconsultus non segnis, nostros in ius accersit, plagisque nomen intendit, petiit sibi reddi filium. Sed, cum quod intenderat, probare crimen non valeret, & plerique iudicum, ane sui consilij ab adolescente admoniti, illius causâ parum saure viderentur, petere desistit, sparso ad speciem rumore, filium iam locum suum reliquisse, qui tamen magnâ constantiâ in Instituto persistit.

An. 1594. Circa idem tempus in Gallia, quidam adolescens in Societatem admitti cupiens, sequiannum in sua petitione perseverauit: ad extremum id responsum tulit, non aliâ conditione admissum iri, nisi pater assensum praberet. ad patris ergo genua filius aduoluit, per quicquid diuinarum humanarumque rerum illi cordi esset, obtestatur, vt sibi potestatem faciat, ad Christi vexillum aduolandi. Non modò nihil impetrat, sed graui etiam comminatione patrem de eâ re vltimè interpellare prohibetur. Hac spe deiectus, vt est celeste studium impatiens, in æstuantem animum iniectum, consilium inuit parum prudens, sed excessu pietatis imprudentia laudanda. Clam cum mendico cultioribus mutatis indumentis, luto sedatâ facie, sordidatus ex patriâ, Tolosam ad Domum probationis Societatis, iter capit. Nondum longè processerat, cum hac illac dimissi equites, peditesque iter facientem assequuntur, sed squalore & sordibus torius corporis habitusque persecrantium salentibus obtutum; ac ne inter sordes eluceret vultus ingenuitas, summâ industriâ deformatâ facie, & balbutie egregie adsimulatâ, agnitus non est. Ipse tamen sui cepti postmodum considerans leuitatem, cum intelligeret, quicquid ageret, patre non probante irritum futurum, consilio omisso, rediit in patriam, & amittâ feminâ Religiosâ deprecante, cum patre rediit in gratiam. Sed tanta fuit in adolescente dexteritas, vt à patre illud impetraret, se vt Tolosam studiorum causâ deduceret, & Patribus coram commendaret. Tolosa absente patre, non destitit suam petitionem urgere, quoad sexto demum mense, voti compos factus est. Aduolat confessum pater, filium repetit. Non erat opera pretium contrâ tendere: redditur patri filius, eum secum in patriam asportat. Conatur ab eâ mente auocare: nihil proficit. Quin contrâ filij mansuetudine & pietate emollitur, cepit sensum miscere: donec tandem eius victus precibus, manus dedit, iterumque Tolosam reductum, Patribus summâ cum admiratione omnium, paternâ etiam adiunctâ fauultâ comprecatione, Deo in Societate in holocaustum dicauit.

An. 1594. Mustipoti adolescens Gallus, nobili loco natus, nostrorum numero adscriptus erat. Parentes à Senatu Parisiensi decretum impetrant, quo nostri illum recipere prohibeantur. Tentauit Viridunum se conferre, qua ciuitas extra Parisiensem Senatus iurisdictionem est: & dum Tullo, que illi fortasse patria erat, Viridunum proficiscitur, ex itinere à sex equitibus illum insequentibus interceptus, Treceas retrahitur ad patrem, qui in eâ vrbe Præfectum agebat. Adolescens, vt in prelio domesticorum esset constancior, voto castitatis & ingressus Societatis sumptâ Euchariistiâ, se obstringit: adhibentur omnes machinæ ad eius animum labefactandum: mma, blan-



blanditiæ nil relinquitur intentatum : continentis se-  
piem mensuram prælio frustra oppugnatur : ac ne ille  
quidem obliquando quidquam proficit: nihil enim ab op-  
pugnatione; irritus, omnes adolescentis aperti conatus  
erant. Compresso igitur intra animum consilio, simulat  
se manu dare, atque in parentum futurum potestate.  
Mittitur igitur Parisios : ibi non ante desinit, quam  
opera Illustrissimi & Reuerendissimi Viridunensis Ele-  
cti fuga accepto duce, commearat instructus, multis su-  
peratus periculis, in Montes Hannonia peruenit: inde à  
P. Prouinciali Tornacum in Belgium, ad tirocinium  
missus est.

194.  
109.  
119.  
120.  
121.  
122.  
123.  
124.  
125.  
126.  
127.  
128.  
129.  
130.  
131.  
132.  
133.  
134.  
135.  
136.  
137.  
138.  
139.  
140.  
141.  
142.  
143.  
144.  
145.  
146.  
147.  
148.  
149.  
150.  
151.  
152.  
153.  
154.  
155.  
156.  
157.  
158.  
159.  
160.  
161.  
162.  
163.  
164.  
165.  
166.  
167.  
168.  
169.  
170.  
171.  
172.  
173.  
174.  
175.  
176.  
177.  
178.  
179.  
180.  
181.  
182.  
183.  
184.  
185.  
186.  
187.  
188.  
189.  
190.  
191.  
192.  
193.  
194.  
195.  
196.  
197.  
198.  
199.  
200.  
201.  
202.  
203.  
204.  
205.  
206.  
207.  
208.  
209.  
210.  
211.  
212.  
213.  
214.  
215.  
216.  
217.  
218.  
219.  
220.  
221.  
222.  
223.  
224.  
225.  
226.  
227.  
228.  
229.  
230.  
231.  
232.  
233.  
234.  
235.  
236.  
237.  
238.  
239.  
240.  
241.  
242.  
243.  
244.  
245.  
246.  
247.  
248.  
249.  
250.  
251.  
252.  
253.  
254.  
255.  
256.  
257.  
258.  
259.  
260.  
261.  
262.  
263.  
264.  
265.  
266.  
267.  
268.  
269.  
270.  
271.  
272.  
273.  
274.  
275.  
276.  
277.  
278.  
279.  
280.  
281.  
282.  
283.  
284.  
285.  
286.  
287.  
288.  
289.  
290.  
291.  
292.  
293.  
294.  
295.  
296.  
297.  
298.  
299.  
300.  
301.  
302.  
303.  
304.  
305.  
306.  
307.  
308.  
309.  
310.  
311.  
312.  
313.  
314.  
315.  
316.  
317.  
318.  
319.  
320.  
321.  
322.  
323.  
324.  
325.  
326.  
327.  
328.  
329.  
330.  
331.  
332.  
333.  
334.  
335.  
336.  
337.  
338.  
339.  
340.  
341.  
342.  
343.  
344.  
345.  
346.  
347.  
348.  
349.  
350.  
351.  
352.  
353.  
354.  
355.  
356.  
357.  
358.  
359.  
360.  
361.  
362.  
363.  
364.  
365.  
366.  
367.  
368.  
369.  
370.  
371.  
372.  
373.  
374.  
375.  
376.  
377.  
378.  
379.  
380.  
381.  
382.  
383.  
384.  
385.  
386.  
387.  
388.  
389.  
390.  
391.  
392.  
393.  
394.  
395.  
396.  
397.  
398.  
399.  
400.  
401.  
402.  
403.  
404.  
405.  
406.  
407.  
408.  
409.  
410.  
411.  
412.  
413.  
414.  
415.  
416.  
417.  
418.  
419.  
420.  
421.  
422.  
423.  
424.  
425.  
426.  
427.  
428.  
429.  
430.  
431.  
432.  
433.  
434.  
435.  
436.  
437.  
438.  
439.  
440.  
441.  
442.  
443.  
444.  
445.  
446.  
447.  
448.  
449.  
450.  
451.  
452.  
453.  
454.  
455.  
456.  
457.  
458.  
459.  
460.  
461.  
462.  
463.  
464.  
465.  
466.  
467.  
468.  
469.  
470.  
471.  
472.  
473.  
474.  
475.  
476.  
477.  
478.  
479.  
480.  
481.  
482.  
483.  
484.  
485.  
486.  
487.  
488.  
489.  
490.  
491.  
492.  
493.  
494.  
495.  
496.  
497.  
498.  
499.  
500.  
501.  
502.  
503.  
504.  
505.  
506.  
507.  
508.  
509.  
510.  
511.  
512.  
513.  
514.  
515.  
516.  
517.  
518.  
519.  
520.  
521.  
522.  
523.  
524.  
525.  
526.  
527.  
528.  
529.  
530.  
531.  
532.  
533.  
534.  
535.  
536.  
537.  
538.  
539.  
540.  
541.  
542.  
543.  
544.  
545.  
546.  
547.  
548.  
549.  
550.  
551.  
552.  
553.  
554.  
555.  
556.  
557.  
558.  
559.  
560.  
561.  
562.  
563.  
564.  
565.  
566.  
567.  
568.  
569.  
570.  
571.  
572.  
573.  
574.  
575.  
576.  
577.  
578.  
579.  
580.  
581.  
582.  
583.  
584.  
585.  
586.  
587.  
588.  
589.  
590.  
591.  
592.  
593.  
594.  
595.  
596.  
597.  
598.  
599.  
600.  
601.  
602.  
603.  
604.  
605.  
606.  
607.  
608.  
609.  
610.  
611.  
612.  
613.  
614.  
615.  
616.  
617.  
618.  
619.  
620.  
621.  
622.  
623.  
624.  
625.  
626.  
627.  
628.  
629.  
630.  
631.  
632.  
633.  
634.  
635.  
636.  
637.  
638.  
639.  
640.  
641.  
642.  
643.  
644.  
645.  
646.  
647.  
648.  
649.  
650.  
651.  
652.  
653.  
654.  
655.  
656.  
657.  
658.  
659.  
660.  
661.  
662.  
663.  
664.  
665.  
666.  
667.  
668.  
669.  
670.  
671.  
672.  
673.  
674.  
675.  
676.  
677.  
678.  
679.  
680.  
681.  
682.  
683.  
684.  
685.  
686.  
687.  
688.  
689.  
690.  
691.  
692.  
693.  
694.  
695.  
696.  
697.  
698.  
699.  
700.  
701.  
702.  
703.  
704.  
705.  
706.  
707.  
708.  
709.  
710.  
711.  
712.  
713.  
714.  
715.  
716.  
717.  
718.  
719.  
720.  
721.  
722.  
723.  
724.  
725.  
726.  
727.  
728.  
729.  
730.  
731.  
732.  
733.  
734.  
735.  
736.  
737.  
738.  
739.  
740.  
741.  
742.  
743.  
744.  
745.  
746.  
747.  
748.  
749.  
750.  
751.  
752.  
753.  
754.  
755.  
756.  
757.  
758.  
759.  
760.  
761.  
762.  
763.  
764.  
765.  
766.  
767.  
768.  
769.  
770.  
771.  
772.  
773.  
774.  
775.  
776.  
777.  
778.  
779.  
780.  
781.  
782.  
783.  
784.  
785.  
786.  
787.  
788.  
789.  
790.  
791.  
792.  
793.  
794.  
795.  
796.  
797.  
798.  
799.  
800.  
801.  
802.  
803.  
804.  
805.  
806.  
807.  
808.  
809.  
810.  
811.  
812.  
813.  
814.  
815.  
816.  
817.  
818.  
819.  
820.  
821.  
822.  
823.  
824.  
825.  
826.  
827.  
828.  
829.  
830.  
831.  
832.  
833.  
834.  
835.  
836.  
837.  
838.  
839.  
840.  
841.  
842.  
843.  
844.  
845.  
846.  
847.  
848.  
849.  
850.  
851.  
852.  
853.  
854.  
855.  
856.  
857.  
858.  
859.  
860.  
861.  
862.  
863.  
864.  
865.  
866.  
867.  
868.  
869.  
870.  
871.  
872.  
873.  
874.  
875.  
876.  
877.  
878.  
879.  
880.  
881.  
882.  
883.  
884.  
885.  
886.  
887.  
888.  
889.  
890.  
891.  
892.  
893.  
894.  
895.  
896.  
897.  
898.  
899.  
900.  
901.  
902.  
903.  
904.  
905.  
906.  
907.  
908.  
909.  
910.  
911.  
912.  
913.  
914.  
915.  
916.  
917.  
918.  
919.  
920.  
921.  
922.  
923.  
924.  
925.  
926.  
927.  
928.  
929.  
930.  
931.  
932.  
933.  
934.  
935.  
936.  
937.  
938.  
939.  
940.  
941.  
942.  
943.  
944.  
945.  
946.  
947.  
948.  
949.  
950.  
951.  
952.  
953.  
954.  
955.  
956.  
957.  
958.  
959.  
960.  
961.  
962.  
963.  
964.  
965.  
966.  
967.  
968.  
969.  
970.  
971.  
972.  
973.  
974.  
975.  
976.  
977.  
978.  
979.  
980.  
981.  
982.  
983.  
984.  
985.  
986.  
987.  
988.  
989.  
990.  
991.  
992.  
993.  
994.  
995.  
996.  
997.  
998.  
999.  
1000.

perflit: ut cum maxime, responder adolescentis: eiusque  
rei gratia huc concessi: illius: ut apud te causam agerem.  
teque exorarem: hanc illi ut veniam daret. Nam quod  
speras eum mentem mutaturum: nihil est. Pater, qui  
duos sibi superesse filios sperabat, ne cum celo pugna-  
ret, dat veniam non inuitus. Tu vero, conuersus ad fi-  
lium, ait, quid cogitas? Tum ille renidens: Hanc curam,  
inquit, mitte pater: de me Deus viderit. Non satis letus  
hoc responso senex: pergit adolescentem rogare, instare,  
urgere, donec post aliquam tergiversationem certum  
tandem exprimit responsum. Tum subito exorta com-  
ploratio vniuersam familiam perturbat: per se quisque  
ea, qua cuique tali tempore in promptu sunt proferre:  
miserari senis fortunam, tota sua penè prole vno tem-  
pore orbari: pater sibi ingratum animum, impieta-  
tem, crudelitatem obicere: perfidos Iesuitas nominare,  
qui suis fallacis incautos decipiant adolescentes. Sed  
nimirum facturum se, ut quando sibi filios eripiant, as  
alienum, in ius, in studiis alendis contractum, ut dissol-  
uant ipsi, qui sua pecunia ad se fructuum traxerint. To-  
tum illo die tempus querimonis, accusationibus, vicis-  
simque iurgationibus consumptum. Postero die venit  
ad aliud certamen. Erat fororis vir, homo feruidus, &  
validiore sanguine quam senex: is iuuenem excipit in-  
clementius, conuiciis, iurgis, opprobriis proscindit: auget  
malum irata soror: superuenit interim pater: redinte-  
gratur prælum: multa de iure disputantur: (erat enim  
vterque, & socer & gener iure consultus) proferuntur  
leges, interponuntur exheredationis mina, machina  
omnes denique adhibentur, ad animum adolescentis  
percellendum, sed pectus Evangelicis consiliis firmatum,  
nihil mouebant. Accessit postremo ad certamen grauis  
& ad speciem pia, prudensque cœnobiarche venerandi  
dehortatio; pietatem in parentes, propostam doctrina  
præmia, speratos honores, ornamenta sanstia, & com-  
moda cetera proponentia. Quibus omnibus ira satisfac-  
cit adolescens, ut in causa superior euaderet. Apparebat  
patrem non tam pertinaciam, quam dolore victum com-  
moheri. Ita quamuis morens, persuasus tandem ratio-  
nibus, manus dedit. Paucorum dierum tantam moram  
postulat, dum honestum ei comparat commeatum. Tum  
gener adhuc irâ tumidus, coarctur. Quid tu sumptus,  
inquit, in vilissimum caput, mox inter vilissimos homi-  
nes futurum: quin more illorum, ad quos se confert, vili  
indutum lacernâ cum baculo miserum inaneque, di-  
mittis? Discat mox illa subire, que ipsi inter homines se  
dignos perferenda erunt. Et ad hec ille, se paratum pro-  
fessus, monuit, ipsorum magis, quam suâ interesse, vide-  
re, ne quid faciant contra familie dignitatem. Sed cle-  
mentior senex plus dedit pietati, & prudentia, quam  
dolori. Facit vtrique potestatem ad Christi vexilla se  
conferendi. Ita bonâ patris venia dimissus rediit Dili-  
gam, sodalibusque Virginis salutatis, lectissimum par-  
fratrum multis prosequentibus ad tirocinium discesse-  
runt.

Salmantica Anno 1594. adolescens ex 17. qui  
Societatem eo anno ingressi sunt, natu minimus, suis  
omnibus apprimè carus, auro præsertim viro primario,  
potenti opibus & apud Regem gratiâ, summæ admi-  
rationi ob constantiam fuit in illâ Vrbe. Nam aucto-  
ritatem

pag. 597.



cum primum nepotis factum cognouit, à Rege impetrat editum, ut adolescens quamprimum emissus, eo loco collocetur, ubi ei liberum sit, de toto vita sua genere iterum statuere. Eius rei causâ, duos adolescentes fratres, quorum alter honesto in Regiâ munere fungebatur, Salmanticam cum Regis literis mittit. Adolescens vix octavo die, quàm venerat, illis permissus, fidissimo amico commendatur triduiq; spatium ad eum redhibendû proficitur. Solita in eo genere machina adhibita, solita constantiâ repelluntur. Generis nobilitatem proponunt, aui hominis copiosi & potentis auctoritatem commemorant, reuerentiam consilij, etatem imbecillam, credulitatem puerilem, & specie pietatis ad deceptionem quamlibet facile proliuem opprobant: dedecus futurae penitentiâ, si cognito errore, postmodum à consilio resiliat, obiciunt; labemq; non ipsius vita solùm irbesuram, sed ad omni nobilissimam familia dedecus emanaturam: proinde quod aliquando cum dedecore ei necessariò faciendum foret, id nunc sapienti suorum consilio facere anteuerteret, cum & temporis breuitas altere maculam imprimere non posset, & etatis imprudentia culpam alienare, & propinquorum auctoritas ignominiam obruere. Hac ille in bonâ causâ, diuinâ firmatus ope, facile elusit: quin etiam fortior in disputando strenuè fratres eo aggressus est, vnde ipsum adducere volebant, adhortari: ita ut hospes, cuius hac domi fiebant, non potuerit, quin exclamârit: Digitus Dei est hic. Sic victor certaminis honestissimo Praetoris Urbani, aliorumq; honoratorum virorum comitatu ad Collegium reducitur. Affirmauit idem postea, sibi videre visum esse B.P.N. Ignatium in eo certamine adesse, & que differendis fratribus responsurus esset; precipere.

PAG. 335.

Anno 1597. quidam adolescens in Societatem receptus cum esset, pater ad domum probationis veniens, & lacrymis & aliis telis, qua in tali certamine adhiberi solent, in iuuenem contortis, cum nil proficeret, petit, ut sibi apud se in priuatâ domo detur filius in triduum, quo tempore eius voluntatis sibi periculum facere liceret. Si certâ perisset in sententiâ, se ei liberum facturum. Eius rei commendatitias literas à Burgundiæ Praefecto, ad nobilem Auenionensem Regium equitum Praefectum attulerat: quibus iubebatur, opem omnem parenti prestare, ad filium recipiendum. Id cum rescisset P. Rector, nobiles aliquot viros Societatis amantes, in primis verò ipsum Auenionensem Archiepiscopum, qui Auenione pro Legato Pontificio praesidebat, adit; rogat, adolescentis periculo adesse velint. Archiepiscopus sacrum in tirocinij sacello sacri, nouiciis singulis sacram Eucharistiam praeber. A sacrificio vocatum ad se adolescentem, bono iubet esse animo: eoque die nihil est tentatum. Postridie comparatis animis conueniunt omnes, Archiepiscopus, eiusque Vicarius, parens cum Praefecto equitum, P. Rector, Prouincialisq; tum Patres alij, magni duorum Procerum comitatus, adhibetur. P. Prouinciali iubente, etiam scriba publicus. Confident omnes, advocatur adolescens, qui cum in eum venisset confessum, obortis lacrymis ad Legati pedes abiectus, eius, P. Prouincialis, reliquorumq; Patrum fidem obtestatur, ne se in discrimen abiici permittant: vnam se ani-

mam, à suo sibi Conditore datam habere: cuius ne iacturam faciat, in illorum stum manu esse: ad patremq; conuersus, eum diuine iracundiâ, diuinisq; iudicij, à quo non longè per etatem iam abesset, monuit: Deum vtriusq; esse Conditorem, suiq; ortus originem ad Deû magis, quàm ad ipsum referri oportere si se à Christi abstractat vestigijs sequendis, Deum eundem vindicem futurum. Tandem si vel membratim dissepatur, frustatimq; concisus in distinctissimas plagas dispetur, cor tamen ad Iesu Societatem euolaturum. His lacrymis questibusq; omnium pectora emollita, omnibus item lacryma expressa. Ipse militia Praefectus, homo naturâ durus, ac propè immisericos, quis nunquàm antè, se lacrymas fuisse meminisset, lacrymas eo tempore non tenuit. Iam ipse parens filij impatienter cupidus, contentionem remittebat, cum P. Prouincialis, Societatis existimationi, sospitantiq; cauens, rebus posthabitis, patris dolori concedendum censuit, ita datur illi tertium in diem adolescens, quem in patres impatiens cupidus, quâ minis versatum, nobilitum etiam seminarum blanditijs, & lasciuorum adolescentum illecebris adhibitis, cum commouere non posset, irritò tandem conata rediit in patriam, adolescens suae redditus familia. Sed neque dolor, neque artes constantis pietatis oppugnandae quenerunt. Statuit omnes conatus adhibere, ut ipsum non è nostris modò, sed ex ipsius etiam Romani Pontificis, ut loquebatur, manibus se opus sit, eripiat. Bimestre à primo certamine spatium effluxerat, cum P. Prouincialem Dolam venisse audit: hominem adit: eas ad expugnandum hominè machinas adhibet, ut à P. Prouinciali literas expresserit, quibus maioris incommodi redimens causâ, nouus Christi miles, patriam repetere domum iuberetur: eâ tamen lege, ut si mense toto perisset in sententiâ, liberum ei sit. Auenionem ad tirocinium redire. Materis nouitius à patruo in patriam reducitur. Adueniens longè extra urbem obuiam prodis agmen propinquorum: omnium festa letitia, quae è desperato naufragio seruatus, domum reducitur: confessum illecebra: confessum blande Sirenium voces praesens adfuit, propinquorum, amicorumq; ad beata vita commoda adhortantium suasiones: tentatur eius temperantia conuiujs, continentia, coniugij iucunditate, religio spe magnarum opum: ab ipso parente deducitur ad pile ludum: ludere iubetur: domi forisq; quotidiane pugna increbrescunt. Non satis esse videntur ad iniunctum expugnandû animum urbana omnia: per castelle & Nobilitum arces animi causâ circumducitur. Quicumq; cum de religione deserendâ interpellat, aut victus abscedit, aut frustra tentatis armis conticescit. Mittitur denique contra datam fidem Lutetiam, pecuniâ à patre de industria, ne discessum cogitet, nudatur. Cum sequimensem sic moratus esset, pallio, libris, pauculisque quas apud se habebat rebus, distractis, redactâ pecuniâ, quinto octavo die Auenionem, omnibus mirum in modum gratulantibus, rediit ad Nouitium. Pater, re cognitâ, P. Prouinciali per literas satisfecit, errati veniam petit, dolore paterno adactum, limites pietatis excessisse, sed fore se in posterum nostrarum laudum praecone, nostrae causae adiutorem. Ad filium quoque in eandem sententiâ literas dedit.

Anno



Anno 1596. ingressus est Societatem Romæ meo tempore. Desiderius Palotta nepos Cardinali Palotta Archiepiscopi Cosentini, pridem sancte mortuus Neapoli, in nostrâ Societate) cuius cum superiore biennio toto, tum precipuè hoc anno spectata constantia. Is iam inde à primâ etate ea futura virtutis signa dedit, ut ad omnia summa natus haberetur, iis puer artibus, que ingenuum scire æquum est, Romæ apud patrum erudiebatur, & ad omnem humanitatem & cultum informatus, eos progressus habebat, ut patrum parenque non vulgaria de illo cogitarent; breui nampe fore, ut viriusque ingravescens etas, in illius adolescentiâ, adultâque virtute conquiesceret, omnemque suam domesticâ gloria cumulanda, patriusque ipsius fratres ad claros honores euehendi spem in ipso collocarent. Hæc erant purpurati patris & patris de illo cogitata. Ab his natura initis, institutionisque profectus adolescens, eas cepit virtutes intueri, que hominem non clarum inter homines, sed Deo spectabilem constituunt. Nam in summâ rerum affluentia, antequam per etatem vitia posset imbibere, igniculi in eo summa pietatis, studiumque semote à vulgo vite traducenda citabantur. Nihil inquam eorum, que vulgo admirationi sunt quibusque ipse abundabat, adamavit, humanum splendorem, diuitias, opes, gratiam principum virorum; ut mirum non fuerit, hæc illum maturioribus annis contempisse, qui non illis in tenerâ etate tangeretur. Sed id semper spectavit, ut cum etate processisset, consiliis sui compos fieret piâ, religiosâque in patriâ, cum religiosi quibusdam viris vitam ageret. Neque enim adhuc ille aliora didicerat spectare, interim omni diligentia studia colebat pietatis, benignitatæque in egenos prolixè, admodum delectabatur. Patruus in dolo adolescentuli & ad egregias virtutes propensione perspectâ, eum in Seminarij tradidit disciplinam. Admissus ad Conuictorum contubernium anno 1593. iis cepit virtutibus florere, quas benigna humis optimis constituta seminibus, & virgultis expurgata vittorum, colonis diligentibus adhibitis, proferre debuit. Ac ne integrum encomium contexam, è multis feligam minus frequentia. Is primo propè vestibulo etatis (quintum decimum enim tunc agebat annum) etati prudentiâ præcurrens, cum feris bellis, natura viriis, bellam suscepit. Ac primum, cum esset natura iracundus, eam sic feram edomuit, ut neminem illo mansuetiorem, qui cum eo versabantur, esse existimarent. Loquendi imprudentiam calculo iniecto in os castigauit, & ut ciborum aliquam penam componeret delectationem, statâ diebus sabbatis sibi uentum indixit. Ac ne quam in consuetudine, conuictuque aliorum offensionem incurreret, fidum sibi familiarem exorârât, ut si quando aliquid aberraret, cautè apprehensâ veste se moneret. Tum si quâ in re apud aliquem eorum, qui præerant, offendisse se animaduertisset; ad eius pedes aduolutus demissè veniam petebat. Nihil ei fuit inquam iucundius, quam frequenter de Deo, diuinisque rebus & audire, & colloqui, cuius rei nulla inquam eius animus subiti satiæ. Omnino totam Seminarij disciplinam adamavit, ut eâ magis letaretur, seque rã plura astimaret, quàm si iam patri purpuram æquasset. Vnum illud sibi inlestum sen-

tiebat, non posse ad votum pauperibus benignè facere, Collegij legibus pecuniâ apud communem Collegij Atrarium depositâ. Multa hic prætereo, que egregias illius animi dotes indicabant, quibus Deo gratior, & omnium Ordinum hominibus carior indies reddebatur. Non diu in illâ institutione processerat, cum igniculi illi, ac studium tranquilla, ac semote agenda vita, in flammam religiose vite amplectende exarserunt. Duo illius animo obiciebantur Instituta, Capuccinorum, & Societatis. Ambigebat autem, utro se verteret, etsi in Capuccinorum magis inclinabat animus, no'uit tamen sine sui Institutoris, ac ducis consilio quidquam statuere. Consultus, qui ipsi à Confessionibus, respondit, rem esse etiam atque etiam considerandam; consiliûmque à Deo exposcendum. Paruit consilio adolescens, solitisque adhibitis suppliciis, ac iusto spatio temporis elapso, rursus maiore animi ardore sacerdotem eundem interpellat. Negat ille, se eius rei æquum esse posse iudicem, grauem aliquem virum sibi deligat, neutrius familie confertem, religiosi virtutibus ornatum, spectatâque prudentiâ, ac fidei, cuius iudicio, sententiæque rem totam committat. Virum Religiosum adit, generis nobilitate, doctrinâ, pietate, & prudentiâ insignem; nec tamen, qui ipse esset. Patri illi aperuit. Respondit ille, Capuccinorum Ordinem magna quidem sanctimonia, & exempli esse; adolescenti tamen Societatis institutum esse opportunius; familiam enim claram, illustremque esse, & religionis flore, doctrinâ, prudentiâque excellere; etiam illud accedere, non posse ipsum tenerâ adhuc etate, molli cultu educatum, eas asperitates sustinere, quas non nisi corroborata & robusta corpora ferre possint. Læus hoc responso adolescens, certâ tandem constitit sententiâ. Longum esset ea studia percurrere, quibus conceptum iam animo diuini spiritus ardorem excitaret. Vnum illud non omittam, nihil ipsum inquam neque maiorum, neque minorum rerum, inconsulto Confessario cepisse, & cum quotidie studium pietatis augetur, tum vnâ cum etate virtus adolescens, illustrior in dies reddebatur; ut quamuis ille religionis consilium egregiè dissimularet; tanta tamen, ac tam illustri pietas Cardinali patruo inciperet esse suspecta. Ergo enim à Seminario euocatum Caldarolam (id oppidum in Piceno est) in patriam secum asportauit. Exeunte igitur Iunio anno 1595. Româ discessit. Abiens, præter cetera studia pietatis, octauo quoque die (quod ei solemne semper fuit, ex quo venerat in Seminarium) sacra mysteria obibat, & literas Romam dabat ad Patres, vicissimque accipiebat; quibus & rerum suarum statum exponeret, & opportunus ipse monitus instrueretur. Sed cum flagrantioribus subinde precibus suam ille vrgeret petitionem, & Patribus iam maturum visum esset, eum sollicitudine leuare, per literas monuere, periculum iam esse faciendum, & Cardinali rem aperiendam. Adolescens captâ opportunitatè Calendis Octobribus consilium suum patruo aperuit, & ut eius voluntate sibi liceat se Deo addicere, postulauit. Quo ille animo acceperit, qui spe huius adolescentis alta sibi cogitationum fastigia construxerat, in promptu est euilbet; sed qua machinè ad iuuenis animum labefactandum, tum à patruo, eiusque aulicis, tum à parentibus adhiberentur;



qua pugna, qua impedimenta obicerentur, volumen esset vel summam colligere. In quarum concursu tempestatum ea signa dedit inuicti animi. & cum Diuinâ coniuncti voluntate, qua & grandis aetas, & virtus robusta edidisset. Sed ad fortiora eum praelia Diuina exercebat prouidentia. Romam reducit ad Cardinali: adit eâ de re ille Pontificem: adit & postero die adolescens, suam plenissimam pietatis causam communi Ecclesie Parens commendat. Id cum rescisset Cardinalis, ita exarsit, vt adolescentem à suâ consuetudine exclusum, reditibus omnibus, qui erant amplissimi, spoliatum, in ordinem redegerit: non equo vehi; non rheda per urbem incedere ei dabatur, in ipsâ Cardinalis aulâ, qui ante omnium maximè esset insignis, etiam ab infimi ordinis famulis contemebatur. Res erat in ore omnium, & ipse oculis omnium notabatur. Hanc ille secum sibi ignominiam gratulabatur: letabaturq; se posse iam cum S. Francisco dicere, Pater noster, qui es in caelis. Praeclarâ sanè ea tum fuit occasio ad proposita vota euolandî. Sed Patres Cardinalis offensionem reueriti, omni adolescentem ad Societatem aditu vbiq; intercluserant: & ipse in rebus omnibus è Patrum consilio pendebat. Inter hæc acquisissimus viriisque petitioni Summus Pontifex, periculanda uocationis causâ, adolescentem tansisset, à Patrum consuetudine abducendum & Pisas ad sequenda literarum studia mittendum censuit. Erat omnino adolescenti conditio aequè periculosa, ac molesta, & difficilis: nam quanta sit adolescentium licentia in Academicis Italicis vniuersitatibus, quanta petulantia, & proiecta ad omnem impudentiam audacia, non nisi qui spectarunt, facile sibi persuadecant. Vt si quem viderint pauld ceteris modestiorem, impudenti procacitate, irrisionibus, sibilis, cogant & ipsum esse petulantem. In tantâ prauorum morum importunitate, in his tentationum fluctibus, & in hoc quasi procacium serarum, theatro spectanda virtus fuit adolescentis integerrimi, stetitque ea semper inuicta. Pisas ante diem 17. Id. Decemb. anni 1595. venit, cum interim neque octiduanum Sacramentorum usum, neque literarum commercium cum Patribus Romanis intermitteret. Sed & hic longum esset, qui obices eius consilii opponerentur, enarrare: vt etiam religiosi viri permulti eum à sequendu Christi vestigijs auerterent; atque ad inanes humanarum opum vmbas inuitarent, cum eorum alij alias religiones anteponerent; alij dilationem suaderent; alij etiam eò vsque exorarent, vt plus sibi, aliisque prodesse posse in Ecclesiastico aliquo fastigio constitutum, quam in Religione abditum asserere non dubitarent. Vnus precipue vel solo nobilissima Religionis habitu uerendus, quingue annorum dilationem, errore deceptus, an aliâ persuasione, interpositâ Summi Pontificis voluntate, necessarium illi esse assenerabat. Verum peractâ annuâ studiorum periodo, dilapsis astino calore studiosis, & ipse vitandâ causâ cæli grauitatem, in patriam rediit inuente mense Iulio anni 1596. nihil de suscepto cursu pietatis, nihil de vfratis exercitationibus remittens: neque interim à propinquis pugna, praeliaque desistebant. Dum astatem in caelo patrio traducit, vt aliqua Societatis munia tanquam illius Candidatus prelibaret, pueros coepit Chri-

stiana doctrina præceptis erudire: sodalitiis quoque priorum iuuenum instituit: legibus ad illud firmandum Româ accersit. Demum ad XV. Calend. Nouemb. noctu clam domo se subducens citatis equis, subindeque per disposita spatia mutatis Romam contendit. Centum nocte illâ, & parte diei posteri antemeridianâ, nunquam interrupto cursu, miliaria emensus, ad septimum lapidem citra Romam necessaria quieti substituit; eodémque die cursoribus equis relictis, urbem ingreditur. Postero die, Cardinali totius rei adhuc incerto, Summum Pontificem adit, apud quem ita suam causam egit, vt Pontificium mandatum ad Patres expresserit, statim in Societatem admitteretur. Hic tandem finis adolescentis desiderio, & miseris laboribus impositus, frustra patruo, parentibusque postea tumultuantibus. Et fuit in eo sanè Diuina bonitas laudanda, quod, nisi omnia summa celeritate administrata essent, & opportunus statim ad Pontificem aditus patuisset, molestissima, eadémque periculosa aliqua mora difficile vitari potuisset. Paucus enim horis, quam res tantâ felicitate transecta est, propinqui, & ipse curriculo Caldarella eius vestigia secuti, ad rem disturbandam afferunt. Sed frustra: nihil enim contra Summi Pontificis auctoritatem ausi sunt. Vnde tanta constantia: A Spiritu S. qui est ignis consumens contraria, accendens bene disposita ligna. Quocirca bene dixit S. Iaacus presbyter l. i. de contemptu mundi: Ignis in sicco lignis accensus, difficilis extinguitur, & calor Dei, qui fit, & incedit ad cor renuncians seculo, eius ignitio non extinguitur. Est acutior igne.

## CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

*Varia Monita data ituris ad Nouitiatum, postquam sunt examinati à Superioribus habentibus potestatem recipiendi Nouitios ad Ordinem.*

Cum expertus sim Monita à me data multis ad Societatis nostræ Nouitiatum ituris, valdè profuisse, volo hoc loco ea sincerè proponere, sperans profutura etiam aliis, qui ad alios sacros Religiosorum Ordines vocantur à Deo. Quæ legendum & ponderando, vbi inuenierint aliquid dictum vel commendatum, in Societate nostrâ, vel pro Societate, mutato vocabulo, intelligant dictum & emendatum, in, & pro eo Ordine facto, ad quem aspirant. Prefertim vt illius Regulas difficiliore seruire contentur, & illum Ordinem ita amare, vt i seruare debent & amare Societatem qui illum expectant, & in illam ingrediuntur. Quoniam verò non omnes sunt eiusdem conditionis, qui ad statum religiosum aspirant, ideo non eadem monita dedi omnibus, sed accommodata singularis, quamuis omnibus quædam generalia commendatim.

Monita